

omnia, quæ afferri modò possunt, exactissimè sint
examinata, ut in cognitione & assertione Verita-
tis desiderari à bonis nihil possit amplius) illam
ipsam magistratus nostri voluntatem omni laude
dignam testantur & prædicant. Nolumus esse
Hammitæ, detegentes pudenda Noæ. Et rectè
dicitur, de occultis non indicare Ecclesiam, & de
ijs, de quibus nihil certi constat, bonas mentes eti-
am suspicionem non facile concipere. Nec ve-
rot tantæ possunt aut debent esse autoritatis schedæ,
de quarum fide dubitant fideles, ut eas præferre
publicis scriptis velimus, quæ ab Ecclesia ortho-
doxa, cuius iudicio etiam illa commissa sunt, quo-
tidie leguntur. Acquiescamus, inquit D. Mat-
thesius, in editis libris: cætera, quæ afferuntur,
de gloriis & non sint, cum opponere & literas, & ser-
mones plures, si necessè sit, possumus illis, minime
fictos, sed veros, quam fortassis alijs arbitrantur.
At etiam hic abrumpendus nobis sermo est,
comprehensa quasi summa omnium, quæ dicere
iam volumus, disticho breui:

Quæ semel edocuit diuina mente Lutherus,
Hac retinet vera grec pietatis amans.

Restat, ut breuissimè attexamus id, quod
promisimus. Si Surio & similibus cordi est con-
cordia, non opus est conuicijs, calumnijs, menda-
cijs, quibus id genus hominum impudenter, im-
petit